



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XIV. De dolo & contumacia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Non audietur, si de dominio agatur etiam in continenti probando, de beneficio & non canonicè facta institutione, si de aliquo crimine, ut qui aut clam possederit, nisi prius possessionem actori spoliato restituerit.

*c. 5. b. t. c.* *6. cod.* obstante, quod juris ordo flagitare videtur, ut Reus audiatur in suis exceptionibus, sicut Actor in sua intentione, quae favorabiles Rei potius quae

*l. 125. D. de Actoribus habeantur*: quia a Reg. ista capitur casus spoliationis, quo favorabilis habetur causa Actoris, quam Rei, ut

*Vallen. hic* in odium violenti spoliatoris.

*b. 5. 4.*

5. *Quid probare Actor debet, ut obtineat hoc interdictum Unde vi?*

Hæc duo: Primo, se fuisse in possessione, vel quasi, tempore factæ spoliationis. Secundo, se spoliatum fuisse eo, in quem agit, vel ab alio ejus nomine vel spoliationem ab alio factam ratam habuisse. Quod si in alterutro horum probando deficiat, causa cadet.

De dolo & contumacia.

TIT. XIV.

Interdum etiam quaeritur de dolo & contumacia Actoris vel Rei punienda, ut

quia spoliatus dolo & contumacia Rei re-  
stitutionem consequi non potest.

1. Quid est dolus?

**D**olus malus est omnis calliditas, ma-  
chinatio, fallacia, ad circumvenien-  
dum, fallendum, decipiendum alterum  
adhibita. Dico: dolus malus; nam est  
& dolus quidam bonus, de quo hic non  
agitur. Agitur vero hoc Tit. non de quo-  
libet dolo malo simpliciter, sed quatenus  
contumaciæ abhæret.

2. Contumacia quomodo incurritur, & quis  
dicendus Contumax?

Contumaciam incurere dicitur, &  
fieri contumax, qui tribus edictis, vel uno  
pro tribus (quod tantum temporis, quan-  
tum tria illa edicta, continere debet, &  
vulgo peremptorium appellatur) evocatus,  
& nulla iusta causa impeditus, præsen-  
tiam sui facere contemnit, sive per se, sive  
per procuratorem.

1. Contu-  
macia 53.  
D. De re  
jud.

3. Qua est pœna contumaciæ?

Distinguendum hic est inter Actorem  
& Reum, quia & Actor contumax fieri  
potest. Reo facto contumace ante li-  
tem contestatam, mittitur Actor in pos-  
fessio-

*c. 1. Sc.* sessionem bonorum ipsius Rei, pro  
*pen. hoc t.* do declarati debiti. Post litem vero  
*c. 4. eod.* restatam, si iudici ex actis liqueat de  
 veritate, poterit sententia sua litem  
*l. 13. §. fin.* minare. Neque tunc licebit condem  
*autem C.* to appellare, saltem jure civili;  
*Dejud.* non de iudice, sed de se ipso quæ  
 beat: æquitate Canonica juris civilium  
 rem nonnihil remittente personis Ec  
*d. c. 4. in fi.* clia. Quod si de causa non liquet  
*ne § d. §.* dici, tunc veram rei possessionem  
*fin. autem.* adjudicabit, Reo absenti sola propria  
 relicta quæstione.

4. Quid ergo si Actor fuerit factus  
 tumax?

*c. Actor.* Tunc ante litem contestatam  
*b. t.* ad terminum citationis non compar  
 Reo condemnatur in expensas, et  
 novam citationem admittitur, nisi  
 veat se, adsignato termino compar  
 rum: permittiturque Reo adversus  
 rem legitime citatum probare  
 ptionem suam. Iudexque postquam  
 constiterit ex actis de rei veritate,  
 a petitione Actoris absolvet. Si  
*c. 9. hoc tit.* non constet satis, tunc quoque ab  
 Reum poterit, non quidem ab  
 petitione, sed tantum ab instantia,  
 Actori suo jure facultateque de

agendi, novaque instantia utendi, cum re-  
fusione expensarum prioris instantiæ. Li-  
te vero contestata, si deinde Actor con-  
tumaciter absit, & tempus instantiæ, pu-  
ta triennium, usque ad semestre præterla-  
psum sit, poterit Iudex ad definitivam *d.l. 13. § S.*  
procedere, etiam in favorem Actoris; alias *quidem.*  
Reus absolvi debet.

De eo, qui mittitur in possessionem,  
caussa rei servandæ.

TIT. XV.

Dictum paulo ante, Actorem ob Rei  
contumaciam mitti in possessionem  
bonorum seu rei petiti: hic docetur,  
quid juris ex hujusmodi missione con-  
sequatur.

1. *Quotuplex est hac missio?*

**D**uplex, ex primo & secundo decre-  
to.

2. *Quid juris consequitur Actor ex missione  
in bonorum possessionem ex primo  
decreto?*

Tunc neque 'dominium rei', neque et-  
iam veram possessionem consequitur, sed  
tantum detentionem: quia ejusmodi mis-  
sio fit duntaxat rei servandæ causa, ut  
eam custodiat Actor, dum interim veniat